



Lucem minaris? sed novamne? vix ausim
Novam vocare; quin ita esto correctum?
Quam dat Pater, quam Patruus dedit lucem,
Quam Avus, Proavus, Abavus, Atavus, & inde ultra
Illa Hassia astra dedere, tu perennabis,
Sic te volet Deus, (& volet!) perennare.
Sic promiconda hac spiritus polo pleni
Me dicere jubet charta: Quam indolis testes
Hic cerno voces! abs onum nihil quicquam,
Bardum nihil, crudumque semiconcoctum,
Nec frigus hic merum (ut videre contingit)
Meraeque febres; Mella pura stillantur,
Nectar merum hic rorat, mera venustates.
Adeste Cuncti, adeste, quotquot Astraam
Videre nudam avertis! Ora mentemque,
Oculosque castos, lucidos tamen ferte!
Procul, procul profani abeste, grex blenna!
SCHEFFERVS, En! Eburneum Deae collum,
Oculosque solis amulos, & os quale
Deam decebat indice digito monstrat.
Deam videte quaso, ut aureo vultu
SCHEFFERO inhaeret, vix memor sui ipsius!
Ut hic Deam vultu tuetur immoto,
Vitam quasi haud ex se sed ex ea ducens!
Quid suspicer? Nihil late, amas, imo
Astraa, amas, SCHEFFERE, amas! O Par pulcrum!
Huc Conjugales Di Deaque festino
Celerate cursu! Quo (malum!) rapior, amens!
Primoribus jam jam Thalassio labris

Mibi